



**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Approbatio Reverendissimo Patris Magistri Fr. Francisci Antonii de Isassi,
Regalis Ordinis Redemptorum Beatæ Mariæ de Mercede in Provincia
Castellæ Provincialis, Philippi Quarti, & Caoli Secundi ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

APPROBATIO REVERENDISSIMI PATRI
Magistri Fr. Francisci Antonii de Isassi, Regalis Ordinis Redemptorum Beatae Mariae
de Mercede in Provincia Castelle Provincialis, Philippi Quarti,
& Caroli Secundi Concionatoris



Egii Senatus jussioni obtemperans, selectissimum hoc opus Reverendissimi P. M. Matthæi de Moya Societatis Iesu, primi, meritoque Primarii Professoris, &c. et præcipuis Moralis Theologiæ Tractatibus excerptum sedulo inspexi, ejusdemque solidissima dogmata inspexi, ex visceribus securioris doctrinæ deprompta, plenè iter animarum saluti parantia De quibus fas est impudè evulgare: *Omne tulit punctum, dum miscuit utile dulci.* Sanè augustissimi Authoris resolutio (ut cum Plinio lib. 1. epist. 8. loquar) mihi (imò & omnibus peritis) *pro ratione sufficit.* Quippè ejusdem suffragium in omni re literaria, uti sanctionem plaudent cuncti, amplectuntur Aulici consellus, subsequuntur præstantiores Theologi, omni hæsiōe avulsa. *Nilest enim (satur idem Plinius epist. 22.) gravius, sanctius, doctius, quam peritus illi, & privati juris, & publici? Quantum rerum? Quantum exemplorum Quantum antiquitatis tenet? Nilest enim quod discere velis, quod ille docere non possit.* Cuncta hæc propalat opus hoc, mirabili Synopsi, quæ voraciter retuli, dilucidè continens. Aded ut præstantissimi Doctoris scriptum se ipsum prodeat, scientiarumque Patrem, illius fuisse genitorem buccinet. *Magna Doctorem nostrum (prosequitur ipse lib. 2. epist.) fama præcesserat, maior tamen inventus est, summa namque in eo est facultas, copia, ubertas: præmiatur apte, narrat aperte, pugnat acriter, colligit optimis, ornat excelsè, postremò docet, delectat, adficit.* Annecterem plura tantum virum depingentia. Ne tamen assentatoris noxa videar conspurcatus, quæ cunctis patent, licet invitus silebo. Igitur quidquid in hoc opere edoctum, resolutum, opinatum, stabilitum, fidei & moribus apprimè consonum judico, & firmo. Salvo, &c. in Matritensi Coenobio Regalis, Redemptorisque Familiæ Verbiparæ de Mercede die 16. Junii, anno 1669. Delectionisque Virginis Matris ad nostri Instituti erectionem 451.

F. Franciscus Antonius de Isassi.